

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Philosophia x
cum uariis

Facere docet philosophia, non dicere; et hoc exigit ut ad legem suam quisque uiuat, ne orationi uita dissenciat, ut uerbis opera concordent, ut ipse ubique pars sibi idemque sit. Obserua si uestis tua domusque dissenciant, nunquid in te liberalis sis in tuos sordidus, nunquid cenes frugaliter edifices luxuriose; unam semel ad quam uiuas regulam pretende, et ad hanc omnem uitam tuam exequa. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris et extendunt.

Seneca epistola XX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Philosophia x] Philosophus u L²; facere *om.* C; idemque] idem C; dissenciant] dissentiat P V¹; nunquid] non quid B, nunquam P V¹; sordidus nunquid] sordidus nunquam P V¹; cenes] senes B P V¹; hanc] illam P V¹; foris] dilatant foris *add.* M; epistola XX.] XX. epistola C; ut ipse...et extendunt *om.* V² L¹ L²